

IV. 385. f. & Cap. XXX. §. 14. p. 423. Quamvis & industriam Dn. Franckii in Editione Novi Testamenti carpere nequeam, conferatur ejus *prefatio Editionis de Anno 1702.* id tamen justè moneo, ne quis præceps criticis istiusmodi observatis Ecclesias & iuggestum inolet, eximiè siquidem Mr. Claude dans les *Oeuvres posthumes Tom. prem. p. 203. f.* scribit quoad versionem in linguam latinam: *Septimò abstinendum est in quantum fieri potest abs Observationibus à Theologia remotis, pono in hoc ordine (1.) Observationes grammaticales, quales quales sint, tales enim cum non sint cognita populo nil faciunt, quam ut tedium & rejectionem concilient bono (2.) in hoc ordine Observationes criticas, sumptas vel à diversa lectione, vel de varietate lectionis aut aliarum talis modè rerum &c.* Addantur celebres & eruditissimi Autores der unschuldigen Nachrichyten Anno 1703 p. 715. f.

§. 3. Scopum iudem nostrum haud protrahet satis agitata Quæstio, cur Textus præsens legit, quod sanguis pro multis effundatur. Non malè enim diceretur, quod Christus pro multis Electis sc. dederit animam suam in pretium redemptionis ratione efficacia & effectus, quia salvantur. Interim dedisse se pro omnibus ratione sufficientia ac valoris atque intentionis serie. Vid. Seb. Schmidii Colleg. Bibl. post: ad locum Matth. XX. 28. p. 68. Interea si malles cum Schmidio l. c. p. 68. vocem *multi* substantivè exponeres; Aut, quod mihi semper placuit, vi parallelismi ex locis 1. Tim. II. 6. Rom. III. 23. V. 12. 14. &c. commodè res illustraretur Vid. D. J. A. Osiandri *λυτρολογία* ex Matth. XX. 28. Sect. I. §. XII.

§. 4. Levi & manu transeat dubiolum, quod, cum apud Matthæum legatur *περὶ πηλῶν* Lucas habeat *ὕπὲρ ὑμῶν.* Etiam si namque cum B. Scherzero *Brev. Hulfem. Enucl. & aucto p. 844.* dicere possem: *Quid impedit hæc verba ὕπὲρ ὑμῶν ἐκχυόμενον* Luc. I. c. exponi: *Super vos effunditur in Remissionem.* Is enim sanguis, qui pro nobis in cruce est effusus, super nos etiam in ora nostra effunditur ex calice, utraque effusio tam sacrificialis in cruce, quam Sacramentalis ex calice fit in remissionem, ibi meritorie, hic applicatorie. Vel ipsa tamen particula *ὕπὲρ* aliquando necessario non per

per